Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

in mare ut allevaret ab eis et
Jonas descendit ad interiora navis
et dormiebat sopore gravi. Et
accessit ad eum gubernator: et dixit
ei. Quid tu sopore depressus
surge invoca deum tuum: si forte
recogitet deus de nobis et non pe
d reamus. Et dixerunt vnus ad collegam
suum. Venite et mittamus sortes
et sciamus hoc hoc malum sit no-
bis. Et miserunt sortes. et cecidit
sors super Jonam. Et dixerunt ad
eum. Indica nobis cuius causa ma
lum istud sit nobis. Quid est opus
tuum. quam terra tua: et quo vadis
vel ex quo populo tu es: Et dixit
e ad eos. Hebreus ego sum: et
dominum deum celi ego timeo qui fecit
mare et aridam. Et timuerunt
viri timore magno. et dixerunt
ad eum. Quid hoc fecisti. Cognovi-
verunt enim viri quia a facie domini fu-
giebat. quia indicaverat eis Jonas
et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi
et cessabit mare a nobis. Quia
f mare ibat et intumescebat super
eos. Et dixit ad eos Jonas. Tolli-
te me et mittite in mare et cessa-
bit mare a vobis. Scio enim ego
quoniam propter me tempestas hec
gravis venit super vos. Et enni-
tebantur viri ut reverterentur ad are-
dam et non valebant: quia mare
ibat et intumescebat super eos
g Et clamaverunt ad dominum. et dixe-
runt. Quaesumus domine ne pereamus
in anima viri istius: et ne des super
nos sanguinem innocentem: quia
tu domine sicut voluisti fecisti. Et
tulerunt Jonam. et miserunt in ma-
re: et stetit mare a fervore suo
et timuerunt viri timore magno
dominum: et immolaverunt hostias domino
et voverunt vota

h Et paravit dominus piscem
grandem: ut deglutiret
Jonam. Et erat Jonas in
ventre piscis tribus diebus et tri-
i bus noctibus Et oravit Jonas ad
dominum deum suum de ventre piscis.
Et dixit. Clamavi de tribulatione
mea ad dominum. et exaudivit me:
De ventre inferi clamavi. et ex-
k audisti vocem meam Et proiecisti me
in profundum in corde maris: et flu-
men circumdedit me: omnes gur-
gites tui et fluctus tui super me
transierunt. Et ego dixi abiectus
l sum a conspectu oculorum tuorum
Verumtamen rursum videbo templum sanc-
tum tuum. Circumdederunt me aque us-
que ad animam: abyssus vallavit me
m pelagus operuit caput meum ad
extrema montium descendi: terre vec-
tes concluserunt me in eternum: et
sublevabis de corruptione vitam me-
n am domine deus meus. Cum angus-
tiaretur in me anima mea dominum recorda-
tus sum: ut veniat ad te oratio
mea ad templum sanctum tuum. Qui
custodiunt vanitates: frustra mi-
o sericordiam tuam delinquunt Ego au-
tem in voce laudis immolabo tibi: quec-
cumque voui reddam pro salute mea
domino Et dixit dominus piscis: et eiec-
avit Jonam in aridam

p Et factum est verbum domi-
ni ad Jonam secundo dicens
Surge: et vade ad nini-
ven civitatem magnam: et prodica
q in ea predicationem quam ego loquor
ad te. Et surrexit Jonas et abiit
in Ninive iuxta verbum domini. Et
ninive erat civitas magna in